

CANON XXVIII.

**R**efrigeratio, quæ non transit per Stomachum, utilis ad Longævitatē.

EXPLICATIO.

**R**atio præstò est, quia cum Refrigeratio non Temperata, sed Potens (præsertim Sanguinis) ad vitam Longam sit præcipuè necessaria; omnino hoc non fieri possit per Intus, quantum opus est, absque Destructione Stomachi, & Viscerum.

CANON XXIX.

**C**omplicatio illa, quod tam Consumptio, quam Reparatio, sint Caloris Opera, maximum est Obstaculum ad Longævitatē.

EXPLICATIO.

**D**estruuntur ferè omnia Magna Opera à Naturis Complicatis; cum quod alià Ratione juvet, alià noceat; Atque hinc libratio Iudicio, & sagaci Practicâ opus est: Id nos, quantum res permutat, & in præsentia occurrit, fecimus; Separando Calores Benignos à Nocivis; & ea, quæ ad utrumque faciunt.

CANON XXX.

**C**uratio Morborum temporariis eget Medicinis; at Longævitas vitæ expectanda est à Diætis.

EXPLICATIO.

**Q**uæ ex Accidente superveniunt, sublatiis Caussis desinunt; At Curfus Naturæ Continuus, instar Fluvii labentis, etiã continuã indiget Remigatione, aut Velificatione in adversum: Itaque operandum est, regulariter per Diætis. Diætæ autem genere duplices sunt; Diætæ Statæ, quæ certis temporibus; & Diætæ Familiaris, quæ in victu quotidiano usurpari debet: Potentiores autem sunt, Diætæ Statæ, id est Series Remediõrum ad Tempus: Etenim quæ tamã Virtute pollent, ut naturam retrò vertere valeant, fortiora sunt plerunque, & magis subito alterantia, quam quæ familiariter in Usum recipi tuto possint. Atque in Remediis nostris Intentiona-

tionalibus, tres tantum Diætæ Statas reperias : Diætam Opiatam; Diætam Malacissantem; & Diætam Emaciantem, & Renovantem. At inter ea, quæ ad Diætam Familiarem, & Victum quotidianum præscripta à nobis sunt, efficacissima sunt hæc, quæ sequuntur; quæ etiam validitatem Diætæ Statarum ferè æquanti: Nitrum, & Subordinata ad Nitrum; Regimen Affectuum, & Studiorum Genus; Refrigeria, quæ non transeunt per Stomachum; Potus Roscidantes; Perpersio Sanguinis cum Materiâ Firmiore, ut Margaritis, Lignis; Inunctiones debite, ad cohibendum Aerem, & Detentionem Spirituum; Calefactoria per Exterius, tempore Assimilationis post somnum; Cautio de iis quæ incendunt Spiritum, induuntque ei Calorem acrem, ut de Vinis, & Aromatibus; & Usus Moderatus, & Tempestivus eorum, quæ induunt Spiritibus Calorem Robustum, ut Croci, Nasturtii, Allii, Enulæ, Opiatorum compositorum.

## CANON XXXI.

**S**piritus vivus Interitum patitur immediatè, cum destituitur aut Motu; aut Refrigerio; aut Alimento.

## EXPLICATIO.

**S**unt hæc scilicet illa tria, quæ superius vocavimus Atriola Mortis; Suntque Passiones Spiritus propriae, & immediatae. Etenim Organa omnia partium Principalium servant, ut hæc tria Officia præstentur: Et rursus, Omnis Destructio Organorum, quæ est Lethifera, eò rem deducit, ut unum, aut plura ex his tribus deficiant. Itaque alia omnia sunt diversa via ad Mortem; sed in hæc desinunt. Fabrica autem Partium, Organum Spiritus est; quemadmodum & Ille, Animæ rationalis; quæ Incorporea est, & Divina.

## CANON XXXII.

**F**lamma Substantia Momentanea est: Aer Fixa; Spiritus Vivi in Animalibus, media est Ratio.

## EXPLICATIO.

**R**es est hæc & altioris Indicationis, & longioris Explicationis, quam faciat ad Inquisitionem præsentem. Sciendum interim Flammam continenter generari, & extingui; ut per Successionem tantum continuetur. Aer autem Corpus fixum est, nec solvitur; licet enim Aer ex Humido Aqueo Novum Aerem gignat; tamen vetus Aer nihilominus manet; unde fit Super-oneratio illa Aeris, de quo diximus in Titulo de Ventis. At Spiritus, utriusque Naturæ particeps est, & Flammeæ, & Aeræ; quemadmodum

& Fomites ejus, sunt Oleum, quod est Homogeneum Flammæ; & Aer, qui est Homogeneus Aquæ. Spiritus enim non nutritur ex Oleoso Simplici, neque ex Aqueo Simplici, sed ex utroque: atque licet nec Aer cum Flammâ, nec Oleum cum Aquâ benè componantur, tamen satis conveniunt in M<sup>o</sup>sto. Etiam, Spiritus habet ex Aere, faciles suos & delicatas Impressiones, & Receptiones; A Flammâ autem, Nobiles suos, & Potentes Motus, & Activitates. Similiter etiam Duratio Spiritûs, Res composita est, nec tam Momentanea, quam Flammæ, nec tamen tam fixa, quam Aeris; Atque eò magis non sequitur rationes Flammæ, quod Flamma etiam ipsa exinguitur per Accidens; nempe à Contrariis, & Destruentibus circumfusis; quam causam & necessitatem non habet pariter Spiritus. Reparatur autem Spiritus ex Sanguine vivido, & Florido Arteriarum exilium, quæ insinuantur in Cerebrum; Sed fit Reparatio ista suomodo, de quo nunc non est Sermo.




FINIS.

Errata.

P Ag. 3. l. ult. desinet, lege, desinit. p. 5. l. 3. Post Crucietus, dele Comma. p. 8. 20. nullam, lege nullum. 9. 11. manu dictum, l. manu ductam. 10. 27. cere, l. seræ. 11. 17. Lubria, l. Ludibria. 12. 11. Patriarum, l. Patriarum. 15. 21. Stermius, l. Sturmius. ibi. 22. Ascanus, l. Aschamus. 24. 34. nuicem, l. invicem. 26. 32. post, humaniores, dele Comma. 29. 8. scurra, l. scurra. ibi. 20. iisdem, l. in iisdem. 30. 23. unâ, l. unâ. 37. 9. antiquam, l. antiquum. 42. 9. Praelectionem, l. Praelectionum. ibi. 45. Formacis, l. Fornacis. 43. 16. Ros, l. Res. 45. 4. accnedat, l. accendat. ibid. 29. Voto, l. Vota. ibi. 32. di- deatur, l. videatur. 47. 35. emandare, l. emendare. 49. 29. pulchritudine, l. de pulchritudine. 55. 39. delectis, l. deletis. 59. 25. Fabulâ, l. Tabulâ. 62. 5. ad impletiones, l. adimpletiones. 69. 8. Pyra- midalia, l. Pyramidali. 71. ult. Compelletur, l. compelleretur. 72. 11. rerum, l. verum. 85. 10. ut si, le- nt sit. 94. 44. Modus, l. Modos. 104. 25. liberari, l. liberare. 128. 9. Speciei, l. Specie. ibi. 29. Cog. lege Cognitio. 142. 19. fricato, l. fricata. 145. 19. disperduntur, l. disperguntur. 146. 45. tenetur, l. ten- tetur. 154. 11. Adventitiis, l. Adventitiis. 155. 5. obsidant, l. obsident. ibi. 14. Omnibus, l. Ominibus. 166. 26. ad ipsum, l. id ipsum. 172. 10. ipsum, l. ipsam. 201. 26. Briarco, l. Briareo. 252. 44. consoli- tos, l. consopitos. 305. 6. Expansionis, l. & Expansionis. 333. 5. nuquam, l. unquam. 338. 10. Sus- sexi, l. Suffexia. 354. 28. circumplectentibus, l. circumamplectentibus. 378. 17. & Habitus, Corporis Saturas, l. & Habitus Corporis, Staturas. 391. 27. neq; , l. atq; . 406. 34. gerentem, l. utentem. 408. 25. inter quosdam, l. & inter quosdam. 416. 29. Artesio, l. Artesio. 417. 27. Memorazione, l. Mode- ratione. 425. 8. Origino, l. Origano. 435. 19. Resinosâ, l. Resinosa. 445. 18. Sellam, l. Cellam. 462. 35. Heterogeneas, l. Heterogenias. 463. 17. Inanimitatum, l. Inanimatum. 466. 23. fit, l. sit. 468. 28. disjungantur, smilis, l. disjungantur. Similis. 474. 31. Indicationis, l. Indagationis.









11th

ff

10th

10th

16th





BACONI  
OPERA

